alitates. et sube. sine accidentibus. Et sicut
que melius conueniunt in maiori con-
cordantia camerarum et propositioibus. quas
figuram continet huius artis. **De modo**
disputandi in hac arte.

Modus disputandi in hac arte est
allegare per argumenta propositio-
es subiacentes cameris. quas formam
oportet. ut inueniat in eis per disputa-
tionem indagatiuem illud particulare super quod
fit disputatio. In primis autem disputatiuis
oportet. ut unusquisque duorum disputatiuum

ueram heat intendem ad inuestigand
pudare sup qd hent disputare con
cordando. et concedendo ueritatem ip
sis ambobus conseruantib' restam z
ordinaem huius artis. et reducetib'
pposicōes ad dicta aliaz sciāz p pñā
et pñones hui' artis. ut in oīmb' sciē
ueritas discernat. s'm directioem. et
ordinaem pñcipiorū hui' artis. Si
ueō aliquis disputator p sophistica
cōnes forte uoluerit incedere seminas
fallaciāz gnā. destruende sunt ei fal
laciē p huius artis pñcipia. et pñes.
cum nulle fallaciē eis resistere possit.
et tūc inolenter compellit' dicē ueri
tatem. Si ueō rebellis fuerit. uel igno
ranciā puciat. repugnā ueritati. ta
lis. s' concludendus est in opposicōib'
suis. p pñcipia. et p pñes hui' artis
deducendo ipsum ad inueniētes. et
ad destructioem uniuersalis hui' artis
et pñonū eius. atq; pñcipiorū eius.
quoz siquidem destructio impossibilis
est. et absurda. Si etiā contingat ipm
eē ita rebellem. q' uiso pñcipio inueniēti
et pñcipio impossibili. nolit cōcedē ueritatē
talis tamq' inscius dimittend' est. qui
si fuerit intelligēs. consaciā lesa. r' ma
nebit p quā lesiōem possibile ē ipsum
in alio tenpe cōcedē ueritatem.

*Incipit q̄rta ps. que ē de p̄ctica hui'
artis. Et p̄ de p̄pōib'. 2. de q̄nōib'.*

Omnis sciencia in theoriam et
p̄cticam diuidit'. Et qm̄ in pre
habitis distinctōib' hui' uolumis de the
orica hui' artis. s'm op̄is compediū

ualde sufficiēter dictū est. **I**deo i hac 38
ē. et ultima distinctōe hui' uolumis
de ip̄is artis p̄ctica. s'm compila
cōem hui' op̄is tractandū est. Que
siquidē distinctō in decem p̄tes diuidit'
videlicet in decem huius artis figuris
cum decem modis p̄pōnū et q̄stionū
suarū quolibet modo sue determinate
figurē s'biacēte. quaz etiam p̄cū que
libet in duas p̄tes diuidit'. quaz p̄ma
cuiuslibet ē de p̄pōicōib' s'cōm suū mo
dum contentis sub eis. Secunda ueō
est de q̄stionibus. **U**nde. de p̄ma p̄te
dicēdū est. atq; in p̄ncipio de p̄ma fi
gura t̄tandū est seruando consti
tucōem ordinis figurarū.

De p̄pōicōib' figurē. 1.

Ad maiorem euidentiam. et ordi
nacionem p̄pōicōnū eius scien
dū est. q' sicut t. in quibz trianglos
suoē diuisum est. et unusquisq; angu
lus in tres terminos. Ita distinguit'
et diuidit' eius p̄pōicōes. quia unūq; p̄
p̄cū cuiuslibet angulū. tres s'biacēt p̄p̄es
Et qm̄ unūq; q; ip̄orum p̄cū. in ali
os tres terminos diuidit'. Ita sūt tres
p̄pōnes unūq; termino s'biacētes. itaq;
continet unūq; angulus. duodecim
p̄pōnes. scilz. quater tres. et p̄cōsequēs
unūq; angulus triginta sex conti
net in se ip̄o. Et qm̄ quibz triangulū
totum. t. edificant. **I**deo sub eo. cē
tum et actuasiginta q̄sticōes p̄ ordi
nem continent'. **U**nde. qā in hac p̄
te de ip̄is p̄pōicōib' t̄tandū ē. **P**
cō de p̄pōicōibus p̄oris et nobilitatis
p̄ncipij dicēdū est. **T**empe et per

ordinem de ceteris consequenter. **De deo.**

Deus est ens inaccessibile habens omnia quecumque uult. Quia deus est habet omne ad ad concordantiam cum maiestate. et nichil cum immortate. quia deus est. est quiddam est. et nullum peccatum est aliquid. Quia unus deus est infinitum esse est. quia infinitas et eternitas essentiae est. sufficit esse unum deum tantum. quia deus est unus. nullum unum desiderat non esse unum. Omne quod est in dei essentia est deus. In esse etiam dei. et sui esse. nulla est differentia. Quiddam est de dei essentia. est in se et eternum. Nulla dei dignitas est sine actu. Omnes dei dignitates suos actus producit. altera in alteram. Diuine dignitates. quia altera est in alteram. sunt deus. **De creatura.**

Quia deus est similitudo creaturam. Sine esse et nichilo impossibile est creare. Omnis creatura est speculum dei. in qua sunt similitudines. et dissimilitudines dei. Omnis creatura sensibilis est sub fine intellectum. Essentia totius creature sensibilis est sensibilitas. Omnis creatura corporalis prius est in corporeitate. quam in corpore. Quia deus est uolens. et intelligens. producit in creaturam. potentia uoluntaria. et intellectua. Nullum intellectum sine uoluntate datum est. Intellectum. et uoluntatem. se habent diuisimode in omni creatura. Sub forma. et materia. creata est omnis animalitas. et omne animatum sub animalitate. Nisi species finis creatura. nullum animal foret specifica

tium. Omnia entia animalium sunt creature. **De operatione.**

Quia in deo est operatio intrinseca. Est omnis operatio intrinseca notior quam extrinseca. Omnis operatio se habet ad aliquem finem. Omnis operatio extrinseca. ab intrinseca operatio influit. Operatio est bonificabilis sicut intelligibilis. De intellectu operatio producit de obiectis similitudinem suam. Intellectum similitudinem suam influit per uoluntatem. et intellectu uoluntatem per caritatem. Nulla naturalis operatio est contra se. Omnis operatio naturalis est in subiecto. et influit in actum. Omnis operatio est contigua de uniuersali ad particularem. Omne quod agit extra se. agit artificialiter. Deus creat operatio artificialem. homo autem ipsi utitur. Impossibile est hominem producere formam artificialem ex nichilo. **De differentia.**

Quia differentia est realiter. uniuersale in natura est in partibus. Quia aliqua differentia est in concordantia omni contrarietate carens. est maior differentia in magnitudine. quam contrarietas. De maiori differentia potest consequi maior concordantia. quam de minori. In sensibus sunt ita pro differentia. et species. que insimul diuisificant. et specificant id. Quia deus est intelligibilis. et uolens. maior est differentia inter intellectum. et uoluntatem quam inter sensum. et sensum. Trias est elementorum potentia. per quam producit similitudines suas. Nullum

intellectuū differt a sensitivo sine
similitudine. et dissimilitudine. Quia
anima plus est specificata corpe. p̄
est differentia in ip̄. q̄ in ip̄. An
mal rationale est magnū speculū. in q̄
appet magna differentia spiritalis. et
corporealis. Omne intellectū differt
a volitivo. et cōmūso. Intelligere. et
velle. q̄a differūt in essentia. Maior
differentia est inter intelligē. et velle.
si diversificat intellectum. et volitū.
q̄ si non diversificat ip̄. Sine dif
ferentia intellectus. et voluntatis i
possibile est vitam esse in homine.

De concordancia.

Omnis concordancia plus appen
ditur est in magnitudine q̄ in
p̄tate. plus potest omnis cōcordā
distare a contrarietate in maiori differen
tia q̄ in minori. Impossibile est inueniri
cōcordancia sine distinctōe. Omnis
cōcordancia que est inter sensitivū. et
sensitivū. ē p̄similitudinem. Sine
vno. et plurib⁹ nulla est cōcordācia
in natura. Inter sensitivū. et sen
sitivū. nulla est cōcordancia sine cō
trarietate. Quia in deo est cōcordācia.
Maior est cōcordancia int̄ intellectū
et sensitivū. q̄ int̄ sensitivū. et se
sitivū. Sub una cōcordancia uniu
sali nature sunt omnes cōcordācie p̄
tidares nature. Ex maxima cōcor
dancia que in homine efficitur una iter
altam subā et altam p̄ducit alteri
sube. Absq̄ essentiali cōcordancia nil
lum ē intellectū est actus essen
tialis. Omnis concordancia. que est inter

anima. et potēcias eius. est subalis. et 39
omnis cōcordancia que est inter potē
cias. est accidentalis. In omni intellec
tivo. est equaliter concordancia int̄
essentiam. et esse. **De contrarietate.**

Nullum contrarium est infinitum.
In omni actu contrarietatis. ē p̄tia.
Nulla contrarietas ē sine accidentib⁹. Omnis
abūcia cōcordācie. est cōtrarietas. Omnis
cōtrarietas. aut ē mixta. et mixta.
Quia int̄ alterum sensitivū. et alterū
sunt similitudines. Impossibile ē in eis
inueniri contrarietates. absq̄ cōcordācia.
Inter sensitivū. et intellectū ē cō
cordancia p̄tia q̄ contrarietas in natura.
Sensitivū repugnat intellectū cū
minoritate. ul' eō. cū maioritate. ul'
eō. Omne sensitivū cōtrarietas in
intellectū. cōtrarietas sibi ip̄. et non
eō. Omnis veritas plus contrarietas
ficti. q̄ eō. Nullū intellectū pot
tatum cōtrarietas alteri. sicut sibi ip̄.
plus potest omnis anima cōtrarietas
deo. q̄ sibi ip̄ alteri. **De principio.**

Nullum principium maius est illo
q̄ est equale suo fini. Sicut p̄
cipiis uniuersalis nature. sunt omnia p̄
tidaria principia nature. Nullū p̄
cipiū potest ēē sine fine. Absq̄ nichilo
impossibile ē aliqd̄ tempus ēē p̄ci
piatum. Nullū tempus est p̄cipi
atum a se ip̄o. Omne principium in quo
tempus est. ē iuxta nichilum. Indi
uersificatio uniuersalis quantitates s̄
multa principia. Omne principium
ē nobilius in quantitate forme. q̄ in
quantitate materie. Omne naturale p̄cipi
um p̄cipiū est in uniuersali. q̄ in p̄

tidari. Omne principium distat minus a
causa. q̄ ab effectu. Omne principium
nāle. simplex est p̄ formā. compositū
uēo p̄ matiam. Omnia principia sūt
sub uno fine. **De medio.**

Nullum mediū est sine principio
et sine fine. Omnis magnitudo me-
dij. est in magnitudine principij et finis.
Nullus finis contradicit suo medio.
In diuificatione extremorum suorum di-
uersificat omne mediū. Inter reali-
tatem. et rationem. est intellectus medius.
Inter vniuersale. et particulare. sunt multa
media. Omnis motus est mediū ex-
tremorum. hitus est mediū int̄ pote-
ciam. et actum. Inter p̄destinationem
et liberum arbitrium. sūt egle mediū
sapia. et iusticia dei. Omne mediū ē
p̄fectum. qd̄ coniungit principium et finem.
Homo ē mediū inter animam et corpus.
Omne mediū efficit simplicius ex
partibus essentialibus. q̄ inter se. **De fine**

Ille ē summus finis quem omnes fines
appetunt. In deo tantum est
finis in se ipso. Nullus finis p̄fectus ē
in se. qui sit p̄pter alterum finem. Omnis
finis. et omne principium. se habent realiter.
Finis est obiectum omnium mouentium.
Quia omnis finis matie est passio.
Est omnis matia sub alio. Inter causam
et effectum. est omnis terminus finis.
Sub summo fine. sūt omnes fines
interminati. Omnis finis exterior ter-
minat interiori fine. Quia finis
est a malis ē p̄uacō eius odibilis.
In obliquitate medij. est p̄uacō
finis. Omnis finis qui maior est.

plus distat a p̄uacōe. q̄ qui minor
est. **De maiori.**

Quoniam deus est magnus. In
bonitate est omnis maiori-
tas plus amabilis in magnitudine. q̄ in puri-
tate. Omnis actio magis deside-
rabilis ē in maiori-
tate q̄ in minori-
tate. Illa est summa maiori-
tas. que ē sine
minori-
tate. Omnis maiori-
tas maior
est in vniuersali. q̄ in particulari. Omnis
subiecta plus distat a p̄uacōe p̄ maio-
rem actum. q̄ p̄ minorem. Omnis sub-
iecta maior est p̄ formā. q̄ p̄ matiam. Omnis
maiori-
tas est maior p̄ subiectum. q̄ per
accidens. Quia maiori-
tas conuenit
cum esse. et minori-
tas cum non esse. Est
maiori-
tas in subiecto. s̄ minori-
tas in acci-
dente. Prius est maiori-
tas in subiecto. q̄
minori-
tas in acci-
dentibus. Maiori-
tas ē
maior in concordantia accidētium. q̄ in
eorum contrarietate. Nulla quantitas
corporalis est maior q̄ quantitas uir-
tualis. Omne accidens qd̄ p̄p̄m̄que
est subiecto. maius est alijs accidentibus.
De equalitate.

Quia in deo est equalitas. et non
maiori-
tas. Est possibilitas ma-
ior p̄ equalitatem. q̄ p̄ maiori-
tatem. Quia
relatio nequid ē in maiori-
tate sine
minori-
tate. potest potestas plus possifi-
cae in equalitate. q̄ in maiori-
tate. Quia
deus bonus est. Omnis aequatio bona
conuenit cum esse. eius ante oppositum cum
non esse. Illa est summa equalitas. que
p̄ducta est de essentia in esse sine acci-
dentibus. Nulla subiecta in equalis ē alteri
subiecto sine accidētibus. Omnes subiecta aequantur

p concordiam. et inequatur p contrane-
tatem. In suba humana est maior
aequatio mediante corpe. et anima
q̄ mediantibus accidentibus. Omnis
aequatio que de substantiis in subis
e pducta maior est. q̄ illa que de
accidentibus in subam est pducta. Quia
equalitas conuenit cum esse. et me-
q̄litas cum no esse. Maior est eq̄-
tas in suba. q̄ in accidentibus. Impos-
sibile est inueniri tam magna eq̄-
litate inter formas accidentales
sicut inter formas subales. In oib̄
accidentibus non potest esse tam
magna equalitas. quanta est in re-
lata. Quia accidentia equalitatez
appertunt cum constitunt substantiam.

De minoritate.

Omnis minoritas vniuersalis
contradicit ee. Omnis minori-
tas. que de altera minoritate pduc-
ta est in altam. maior est ceteris. Qu-
to omnis minoritas maior est. tanto pl̄
distat a compositione. Omnis minor suba
subdita est maiori sube. Illa suba qm̄
nullus pducit in vniuersale rationale
minor est illa. qua natura pducit in
vniuersale reale. In minoritate uirtu-
tis est minoritas. est minoritas sube.
Impossibile est minoritatem inueniri
inter subam et accidentia sine imperfec-
tione. Nulla minoritas est prius i
suba. q̄ in accidentibus. De accidentibus
in subam trassert minoritas in ma-
ioritatem. Omne accidens est minus

40
alijs qd̄ plus distat a suo fine. In
illo accidente est maior minoritas
in quo suba minus virtutis influit.
In omni minoritate actus pducit
minoritas accidentia. **De affirmacione.**

Quia deus est. Affirmacio con-
uenit cu maioritate. Negacio
vero cum minoritate. Obiectum af-
firmacionis est ueritas. Obiectum vo
negacionis est falsitas. Affirmacio et
velle. conuenit. Negacio uero et nolle.
Nullum ens affirmatius est deo.

Quia deus est. Affirmacio. et esse. co-
uenit. Negacio uero et no esse. Qu-
to. omne ens. est nobilius. tanto e affir-
matus. Omnis affirmacio contradicit
non enti cu negacione. Affirmacio. et
non ens. conuenit p accidens. Affir-
macio. et lumen intellectus con-
tradi-
cat non enti. Obiectum affirmacionis
est possibilitas. Mediante possibilitate
discoueniunt affirmacio et negacio. Af-
firmacio. et negacio sunt contrarie. et
opposite. mediantibus possibilitate. et im-
possibilitate. **De dubitacione.**

Dubitacio et suppositio sunt pncipia
inuestigacionis. Omnis dubitacio
est. ut sit affirmacio. et negacio. De
maiore dubitacione sequitur maior affir-
macio. et negacio. Omnis dubitacio
pertinet inter ens. et non ens. In du-
bitacione incipit intellectus pducere
sua similitudinem de non ente i ens.
Omnis dubitacio est ens aggregatum
de intelligere. et ignorare. Non ens p-
ducit suas similitudines in dubitacione.
Quia dubitacio. et no esse. conuenit.
Incipit dubitacio in pncipio. et desinit

in ente. Quia dubitatio est inclinatio
actus intellectus ad esse. et non esse.
est ipsa medium per quod contrahantur
affirmatio et negatio. Nulla dubitatio
existit equaliter inter ens. et non ens.
Impossibile est ita vehementer destruere
dubitacionem per fidem sicut per demonstracionem.
Impossibile est dubitacionem esse
sine passione. *De negacione.*

Negare deum esse nulla sequitur
utilitas. Omne inconueniens
ens est obiectum negacionis. De ma-
iori negacione sequitur maior affirmatio
et e conuerso. Si nulla est affirmatio
nulla est negatio. Omnis negatio ten-
dit ad esse per accidens. Omnis negatio que
est contra esse destructibilis est. Ma-
ior negatio potest fieri de deo. que de in-
chulo. Omnis negatio est speculum
in quo similitudines non entis appent.
Quia non ens est enti subditum. Est
omnis negatio affirmacioni subdita. Ra-
dia negacionis est impetire ab impos-
sibilitate. Impossibile est ueritatem sine
medio esse obiectum negacionis. Absolu-
te negatio et impossibilitas contrari-
antur affirmacionem et possibilitati.

De prohibitionibus. a. hoc est. dei.

Hoc est summum ens encium bonis
dignitates ineffabiles. scilicet quoniam in-
tellectus per modum realitatis potest ne-
quaquam intelligere totaliter. sed solum
intelligit per gratiam et influentiam ipsius. a.
sexdecim dignitates in ipso. a. et non
ut sint nisi sexdecim tantum cum
ipse sint ineffabiles. una et eadem
essencia. scilicet quia ipsi intellectui sufficit

summam sexdecim dignitates diuinas
secundum hanc artem ad respondendum
omnibus questionibus que de a. fieri pos-
sunt. Proinde cuiuslibet ipsarum sexdecim
assignate sunt sex propositiones quibus ad
omnia que de a. queruntur respondendum
est. t. mediante. Et ideo sunt nona-
ginta et sex propositiones. cum sexde-
cies sex equipolleat nonaginta sex.
Unde de bonitate. primo dicendum
est. non quia sit prior et nobilior
aliis. cum in deo non cadat. magis et
minus. sed quia secundum ordinacionem huius-
taliter ordinantur. *De bonitate.*

Bonitas dei ita est in se. quod aliquod
extra se non indiget. Bonitas
dei bonificando in se ipsa existit. et in
magnitudine. etc. Bonitas dei bonifi-
cando extra se existit in omnibus creaturis.
et actibus earum. Omne bonum creatur
est speculum boni increati. Nullum
bonum potest esse in magnitudine
sine bonificatio. Nullum bonum resis-
tit magnitudini sue. *De magnitudine.*

Impossibile est magnitudinem dei
esse in se ipsa. et in alio sine mag-
nificatio. Magnitudo dei maior est
in se ipsa. quam in alio. Ita est dei mag-
nitude magna in sua bonitate. et in
potestate etc. sicut in se ipsa. Omne
magnum bonum est amabile. Nullum mag-
num sibi ipsa contradicit. Omne magnum
magnificandi contradicit minori.

De eternitate.

Actus eternitatis est eternificatio.
Omnis duracio est aliqua simi-
litudo eternitatis. In eternificare est
ita uelociter immensificare sicut

et infinitate. Impossibile est eternitate esse per aliud. Maior concordancia est inter eternitatem et eternitatem. et eternitatem. quam inter creaturam et creare. Impossibile est augmentum esse eternitatem. **De potestate.**

Omnis licitum est fieri a divina potestate. nisi inconueniens. Quod quid contradicit. seu repugnat possibili. contradicit seu repugnat potestati. In divina potestate. quolibet dignitas producat simile suum. Quia potestas et uoluntas idem sunt in deo. potest ipse deus omnia quecumque uult. Nisi in dei potestate foret possibile esse creare. Omnis potestas est a dei potestate. **De sapientia.**

Sapientia dei sapientia est equalitas essendi. et intelligendi sciendi. In diuina sapientia sunt equaliter omnes actus diuinarum dignitatum. Sapientia dei in se et in alio infusa est. Sapientia dei est equaliter in omnibus partibus. Quia in deo est scientia. est omnis ignorantia odibilis. Omnis scientia a scientia deo influitur. **De uoluntate.**

Uoluntas dei essentia non differunt. uelle. et nolle. Dei nolle non uult quod potestas sua producat extra se quiddam producat potest. In imensa uelocitate magnitudinis. et eternitate sunt in deo uelle. et nolle. Quia deus habet omnia quecumque uult. non habet ea que non uult. Omnis uoluntas est nobilior que uult in se simile suum. Diuina uoluntas uult in se omne id per quod creatura esset deus. Nulla uoluntas. sine uelle et nolle est imaginatio. **De uirtute.**

Omnis uirtus equalis est subiecti sue

47
Impossibile est uirtutem diuinam esse otiosam. Diuina uirtus semper est cum suo fine. Omnis uirtus maior est influendo in se. quam in alterum. Nulla uirtus potest agere sine specificatione. Nulla uirtus est contra magnitudinem actus sui. **De ueritate.**

Potest deus uerificare in se. quam in alio. Uerificando ueritas producat simile suum. et contrariat falsitatem. Magnitudo ueritatis est uerificare in magnitudine. Omnis ueritas maior est in re. quam in intellectu creato. Quia ueritas est intelligibilis. est ipsa obiectum intellectus. Nisi esset lumen ueritatis. non esset ipsa ueritas. obiectum intellectus. **De gloria.**

Nulla gloria summa est. nisi sit in se ipsa. Maior est gloria extrinseca in deo. quam intrinseca in creaturis. Gloria dei incessanter est sine imperfectione. Maior est gloria intrinseca quam extrinseca. Nulla gloria est intelligibilis et amabilis sine specificatione. Quia in deo est gloria. cum iusticia est ipsa gloria plus desiderabilis in equalitate quam in incommunitate.

De perfectione.

Perfectio. que per se est. in se est sine alio. Quia perficere est actus perfectionis. Est omne perficere desiderabile. Impossibile est non esse perficere imperfectionem imensitatis et eternitatis. Si deus in nihil est impossibile est perficere esse suum imperfectionem. Quia perfectio dei est intrinseca. est ideo in se. et influit perfectionem ueram extra se. et perficit eam in se.

De iusticia.

Nulla iusticia repugnat magnitudinem bonitatis. eternitatis. po

testatus est. **N**isi iusticia dei tantum
nulla iusticia potest esse de se. et in
se. et ad se. Actus iusticie dei tam
magnus est. q̄ omnes actus diuinarū
dignitatum iustificat in se ipis. et
extra se ipos. **N**isi eēt iustificac̄e. po
ssibile eēt iniuriari in iusticia. Iusta
cia in se iustificando contrariat in se
et extra se iniurie. **De largitate.**

Frustra eēt omnis largitas sine
largiri. **D**eus in se largificat
essendo. et extra se influendo. **Q**uia
in deo est largitas in magnitudine
est manus donū appetibilis minōe.
Nulla largitas est maior illa. q̄ de se
tota largificat totum largitum.

Omnis largitas contradicit plus aua
riac̄e in magnitudine. q̄ in puritate.
Diuina largitas plus dat homini
dando ei esse. q̄ dando ei prosperitates.

De simplicitate

Sine simplicificare impossibile ē
vni in aliqua unitate. **S**i
vno esset sine simplicificare. eēt sine
compositac̄e. **Q**uia in deo est simpli
citas sine compositac̄e. **E**st ideo omnis
simplicitas maior in unitate. q̄ in
compositac̄e. **S**i aliqua est simplici
tas sine simplicificare. maior est illa
que ē cum simplicificare. **N**ulla sim
plicitas est maior illa. que in unita
te. et pluralitate est sine composita
one. **O**mnis simplicitas p̄formā dif
tat a compositac̄e. **De nobilitate.**

Si nobilitas plus potest nobili
ficare in se. q̄ in alio. pl̄ pot
magnificare in se q̄ in alio. **I**n deo

est tanta nobilitas. quāta potestas ei
potest in se possificare. **S**i nobilitas
ess̄ magna sine nobilificare. esset
nilitas magna sine uilificare. **Q**uia
in deo est eterna nobilitas. **E**st oīs
duracō nobilitatis appetibilis. **S**i no
bilitas esset cont̄ magnitudinē suā
nobilificac̄e quidem. et uilificac̄e. hē
rent concordāciam. **Q**uia nobilitas
cū esse conuenit ipā magis appetibil
ē in maiōitate. q̄ in minoritate.

De misericordia.

Sola racō differenciam facit ut
dei misericordiam. et iusticiā.
Spes equaliter creata est ad miseri
cordiam. et iusticiā. **Q**uia dei mi
sericordia et iusticia sunt vni. **I**deo
sunt equaliter timende. **I**n deo ē
misericordia maior nichilo in hoīe.
Nulla misericordia est contra ma
gnitudinē spei. **Q**uanto maius
est parac̄. tanto misericordia est in
telligibilior. **De domino**

Quoniam deus est dominus.
Est omne dominū appetibile.
Nullum dominū in magnitudinē suē
repugnat. **F**rustra est omne domi
um sine dominā. **Q**uia deus ē
p̄mus dominus. **E**st dominum in
re natūe p̄mus. q̄ seruit. **D**omi
nacō est quedam maiōitas. in qua
sustentat̄ minoritas. **Q**uia iusti
cia dei est. hēt omne dominum. cō
cordāciam maiōem cū iusticia
in maiōitate. q̄ in minoritate. **De ip̄o. s.**

Absencia racōalis anime. atq̄

eius entitas et natura p[er] descriptiōem
 des[er]iptiōis ipsius anime cognoscit[ur]. scilicet p[er]
 16. p[ri]ncipia. q[ue] sunt. recolēcia. intelli
 genzia. volēcia. zc[etera]. que. saluet a[n]i
 p[er] potēcias suas suū modum eēdi
 significat. et p[er] actus eazum suū mod
 opandi. Ideo hęc p[ro]positiōes. que sub fi
 giā anime comprehendūt. diuidūt
 in duas p[ar]tes. In quaz. p[ri]ma cōtinet
 vniūq[ue] p[ri]ncipium descriptiōis anime
 tres p[ro]positiōes. Et quia. 16. p[ri]ncipia
 sunt in ista arte. Ideo resultant ex ei[us]
 48. p[ro]positiōes in p[ri]ma p[ar]te. In secūda
 ued cōtinet quelibet littea alphabeti
 potēciarum anime. et actus eazum
 simili[ter] alias tres p[ro]positiōes. Et q[ui]a ip[s]e
 sunt. 16. in nūo. Ideo componūt aliā
 48. p[ro]positiōes. Unde. bis. 48. equipol
 lent. 96. Et de p[ri]ma p[ar]te p[ri]mitus est
 dicēdum. Deinde de secūda similiter
 suo modo. **De recolēcia.**

Recolēcia est essēcia anime. cū
 intelligēcia. sicut recolēcia ē
 quōdam esse aggregatum de intelligēcia
 et volēcia. Recolēcia est essen[ti]a
 Recolēcia apphensiuā in suis simili
 tudinib[us] et dissimilitudinib[us]. **De intelligēcia.**

Intelligēcia. in quōto est intelligēcia
 intellectiua. est eēcia actiua.
 In quōto ued est intelligib[ilis] est eēcia
 passiuā. Intelligēcia est lumē in se
 creatum. et in recolēcia. et volēcia.
 Intelligēcia est lumē agens. in quōto
 mediante intellectu p[ro]ducit suas sili
 tudines in alio. et est lumē receptiuū
 in quōto suas recipit similitudines i
 se ipsa. **De volēcia.**

42
Volēcia. et nolēcia. sunt uolun
 tatis essēcia sine differēcia.
 Volēcia in quōto est eēcia uolitiua
 cōtinet de forma. s[ed] in quōto est eēcia
 uolib[ilis] p[er] uoluntatem cōtinet de mā.
 In radice uolēcie creatum est liber
 arbitrium. mediantibus uelle et nolle.
De esse anime.

Essē anime est ens aggregatum z
 illuminatū. et p[ro]ductum a recolēcia
 intelligēcia. et volēcia. Esse anime ē
 vniūsale s[ub]iectum rōnabile. p[er] q[ui]d eius
 eēcie suas influunt potēcias. Quia esse
 anime sunt incorruptib[iles]. Est
 ip[s]i anima incorruptib[ilis]. **De forma.**

Forma est in anima. quia recolēcia
 est recolitiua. et intelligēcia in
 intellectiua. et volēcia uolitiua. forma
 anime constituta est ex recolēcia. In
 telligēcia. et volēcia. influens in sem
 ipsam memoriā. intellectum. et volū
 tatem. forma rōnalis anime est es
 sēcia essēciata ab eēcia recolēcie.
 intelligēcie. et volēcie. semetip[s]as esse dō.
 memoriā. intellectum. et uolūtatem.

De materia

Materia essēcialis p[ro]ducta est in a
 nimas. q[ui]a a suis p[ar]tib[us] essēcialib[us]
 suscipit esse. Materia rōnalis anime
 est radice uegetatiui et sensitiui sem
 influens in mat[er]ia memoriē. intellectus
 et uoluntatis. Mat[er]ia rōnalis anime
 est aggregata a receptiōe que fit ex re
 colēcia. intelligēcia. et volēcia.

De cōiunctiōe.

Recolēcia. et volēcia. cōiungunt[ur].
 intelligēcia. et volēcia. in esse
 anime. attrahendo. et dando. et recipiē
 do. Id q[ui]d est esse anime. est cōiunctiō

forme. et matie. Et esse ronalis anime
est conuencio forme et matie. Esse in
conalis anime est conuencio suar esse
ciarum. et suar potenciarum. influes
p accidens conuencioem in actus suar
potenciarum. **De simplicitate.**

Quanto intelligencia est essencia
intellectua. est forma simplex
bz quato est forma essencia recepta
in esse anime. est matia simplex. for
ma anime ronalis. est vna forma sim
plex gra simplicitatis formar. ex qb
pducta est. Sicut forme in anima sb
una comun forma ingreditur simpli
ces forme potencie. **De composicione.**

Anima non est composita i suis
essencijs. s; est ens compositum
ex eis. Quia intelligencia no e ens i se
existens. s; in anima est composita. s;
non i se. Omnis composico fit ex for
ma et matia anime. est incorrupti
bilis. S; composico facta ex secundarijs
actib; potenciarum anime. est corrup
tibilis. **De substantia anime.**

Substantia anime ronalis sub
stat recolencie. intelligencie. 2
volencie. sub actib; memoie. intellcus.
et voluntatis. Quidquid est essencia
anime. existit in suba anime. no autem
i se. In substantia anime sbstat sen
sitiuum intellectio. et uegetatiuum sensi
tiuo. **De accidente.**

Quia esse ronalis anime est es
sencialiale substans eencie sue.
Sunt potencie ipius entis p accidens.
potencie anime sunt forme subales
hite respicu ad actus ear. qui sut for
accidentale i aia ronalis. Est for sbstanc

anime illa. que ab ipa anima pducta
est. forma vco uegetatiua. et forma
sensitiua sunt i ipa accidentales.
De virtute anime.

Virtus anime de essencia orit
in esse. et de esse in potenciar
actibus elucescens. fides. spes. et car
tas sunt virtutes pducte in potenciar
actib; ex virtute eencie illuminat
virtus sensitui 2 uegetatiui.

De opacone anime

Quia essencia aie est recolita. In
tellectia. et uolitiua. est incessas
essencialis opaco. in anima. Esse aie
et opaco essencie eius. atq; potencie. se
opacens ipius esse. S; recolere. int
ligere. et uelle. siue nolle. sut ipium
potenciar opacones. Quia anima est
agens p forma. et pacies p matias. Est
in medio opaconis sue. aut in pote
liberi arbitrii. **De interioritate.**

Quia essencie anime ronalis it
semetipias sut opatiue. et app
hensiuue naturaliter pducit esse aie
interioritatem suam. formificando
forma iutra se. et iutra matiam no
pducit esse anime in alia spem. s; in
semet ipam. Esse anime i se i sum
et non extra se influit potencialis su
as. **De exterioritate**

Intellectiui i se pducit extra.
spem sua sensitui. et uegeta
tiui. Intellectiui de extra se pducit
sua similitudinem i se. Naturalit
intellectiui inquirit similitudine su
am in spibus extra se. ut heat deum
i se. **De motu anime.**

Motus anime est illa uirtus. per
quam anima est apphensiuua. 2

receptiua intra se. et extra se. Mouedo
se anima virtualit' mouet corpus ad
uiuendum. Intellectiuu lumine intel
ligencie mouet uoluntatem. Volituu
ueo lumine uolencie mouet intellectus.

De scda parte pposicionum. s.

Octo de pposicionibus in pma pte
s. que in desepcoe anime coti
nent. Nunc de pposicomb. scde ptis.
saluat potenciarum anime. et actus
earz dicendum est. que p alphabetu. scz
p. b. c. d. zc. significantur. Unde p.
de. b. dicendum est. Et sm ordinem de
ceteris cosequeter. **De. b.**

Best ens uniuersale. in quo. c. d.
cogregant plura ptidaria. b. ad
se suu actum attrahit ex actib' ipz
c. d. quia est eius simile. Quia med
rari est corruptibile. et b. pmanes. qa
de essencia sua non pducit simile suu.

Quia. c. appetit augmetare. De. c.

Qducit simile suu qd est. intelli
gere. c. no pducit simile suu ab en
titate sua. ymmo pducit illd suo lumi
ne. Ita est clarificatiua potera intell
tus. q nisi restaret ob impedimentum
corporis. incessanter suu file gnaret.

Nulla uoluntas in. e. n. De. d.

Cogit. s. tantum i. i. r. in. d. e
uelle. p conuenies. et mouet. h. i. nolle
p inconuenies. Diligedo. d. simi simile
diliget semetipm. Diligedo ueo semet
ipm pducit suu simile. **De. e.**

Aest ens aggregatum de similitu
dibus ipz. b. c. d. sm magna
uel paruum influenciam ipz. b. c. d.
est. e. i. magitudine seu paruitate. e. e. illu

nata spes uel figura. in qua anima
mediantib' b. c. d. suam essenciam
representat. **De. f.**

Mediantibus. d. h. differunt. b. ff.
sicut uelle. et nolle in. d. diffe
runt. p licetiam ipius. b. pducit. ff.
suu simile p unu modum. in. g. s.
p aliu in. h. Cum iusticia pducit. ff.
in. h. similitudinem suam. s. cu inui
ria dissimilitudinem sua. **De. g.**

Quia quae. g. inuestigans p
ducit suu intellige est. ut. c.
similitudinem suam heat. Quia. g.
in se ipm nequit essencialit' augme
tare. nequit. petat augmetari in suo
simli. s. suo lumine concordat obiectuz
mediante. ff. et suo lumine repugnat
obiectio. h. mediante. **De. h.**

Quia. d. cum esse conuenit. e
h. instrumentum ipius. d. cot
non esse. Quia. d. est ipius. b. pncipiu
time tendit ipm. h. no esse. ad esse.
s. qn. h. est ipius. d. pncipiu. tunc
tendit ipsum. d. de esse. ad non esse.
. Omne. b. et nichilum. conuenit
in obiecto. **De. i.**

Quia inconueniens est. a crea
tore. 7. ad defendendum. e. s. ne
ipsum. e. inconueniens accipiat. Q
uandoq. 7. maior est. p. ff. quoz p. g.
quoz p. h. sicut elementa ab altero sup
posito se transmutat in alterum. Ita
f. g. h. ab altero. 7. in alterum se trns
mutat. **De. k.**

Recolencia senp inflant semet
ipsam in. e. s. quia. b. f. se ne
queunt essencialiter influere pdu

titur k. l. est cessacio similitudinuz
ipoz. b. f. p. aliqd' impedimētum. Si
aut similitudo recolencie appet m. b.
Ita eius dissimilitudo appet i. k. *De. l.*

Quia plus est pducere simi esse
in altimū q' fūte simi i non
esse. est. l. ipius. c. cessacio. quia in
telligencia se m. s. influnt. ab est in
eo p'sencia ipius. l. que est ipius. c.
p'uacio. b. est p'uacio similitudinuz
recolencie. intelligēcie. et volencie. *De. m.*

Mest similitudo ipoz. d. b. sine
earum influencia. q. est ut sit
fides. et suppo ē. ut sit transmutatio. ex
k. m. b. vel m. f. et ex. b. m. c. ul' i. g.
Sicut a. se significat p' dissimilitudi
nem. Ita uolencia se significat p' dis
similitudinem ipius. m. *De. n.*

Mest aggregacio similitudinuz
essendi. et non essendi. quia n.
mediate k. l. ē cū nichilū. appetit
m. esse m. e. ut i. j. In. n. quāq' restau
ratur p'dico ipius. b. p. k. et ipius. c.
p. l. *De. o.*

Qest quedam confusio similitu
dinis. et similitudinis ipoz. b.
f. Ex infirmitate. et uigore virtut'
ipozum. b. f. gnāt. o. o. quāq' ē reue
dium. in quo. b. f. p' magno labore
quiesant. *De. p.*

Pest terminus in quo incipit
augmētacō. uel diminuō in
fluencie ipozum. c. g. Similitudo ip
ozum. c. g. est in. p. Transmuta
tō eē. in non eē. et eō. Sicut i ma
licia est bonitatis minoritas. Ita ē

in. p. ipoz. c. g. minoritas. *De. q.*

Quia. n. supplet id qd' in esse. j. de
ficiat. est. q. maior p. m. q. o. p.
b. f. et q. p. p. c. g. Impossibile ē m. g.
esse equaliter. s. h. m. In. q. mouet
virtus anime ad fortunam. *De. r.*

Generacio. et corrupō similitudie
potenciaz anime sunt in. r. R.
est qddam ens cōfūsum aggregatuz
ex absentia et p'ncia obiectoz. Quia
R. est. nō impossibile est transmuta
tō. ex. c. m. j. et ex j. m. n. et eō. *De. p'omb. v.*

Sicut recolencia. intelligēcia. et
volencia. specificatiue p'dicūt
suas similitudines m. b. c. d. Ita p'du
cunt suas similitudines in virtutes. h.
eā est. qā ipē virtutes create sunt
et distincte in p'itate. et cōiuncte in v
ritate sūte. Et sicut 2 in virtutes su
as p'ducūt similitudines que cū esse
cōueniūt. Ita p'ducūt in uicia dissimili
tudines suas que cum nichil sūt cō
cordes. Ideo hec p'posiciones. que fige
r. subdunt. in hęc p'nti uoluntate diui
dunt' in duas p'tes. Quā hārum p'po
siciones alie sunt uirtutum. alie uo
uicōz. Septem em sūt iste virtutes.
Vnaqueq' quāz tres p'posiciones con
tinet. Itaq' in p'ima p'te. 21 p'posiciones
continentur. Et quā p'dcā uicia septē
sunt similit' cōtinent' et qd'libet ipoz
tres p'ones. Ideo scda p'te totidem p'
posiciones continet. sicut p'ima. Et bis
4. equipollet. 42. Tot sunt. 8. p'ones
in. v. scilicet. 42. S' de p'ima p'te p'mo
dicendum est. ut cognoscat' quō eē.

anime in uirtutibus similitudine sua
acquirit. Et postea de secula. Unde de
proposicionibus fidei primo dicendum est. *De fide.*

Fides est uirtus in qua uoluntas
supponit possibile. uel impossibile
ut sit causa exaltationis intellectus.
Fides est lumen gratie. pro quo intellectus
lumen suum recipit ab intelligentia. ut
ipse uideat lumen suum. Quia intelligen-
tia intellectum influit. et intellectus
in prudentiam similitudine sua pro modo
acquisitionis necesse est uolentiam in fide
influere sua similitudine pro uisum.

De spe.

Spes est similitudo. *De spe.*
Recolencie. qua mediante caritas
et iusticia in uirtute spei se figurat.
Quia in deo sunt iusticia. et misericor-
dia. Spes est caritatis habitus. et timo-
ris. Quia deus est iustificatus.
magnificatus. et misericors. etc. Est
spes exaltabilis et magnificabilis. *De caritate.*

Nulla caritas in prudentia repug-
nat influencie recolencie. et intel-
ligencie. Quia deus est equaliter intel-
ligibilis. et amabilis. creantur equalita-
tem inter sapientiam et caritatem. Tam
magna est uolencia intelligencie lumi-
ne. quam caritas in hac uita semper est aug-
mentabilis. *De iusticia.*

Recolencia. intelligentia. et uo-
lencia. pro uirtutem iusticie pro-
ducit. s. ut. s. in. e. mediatis. b. c. d.
producat iusticia. s. i. b. c. d. pro iusticia
influit uirtutem iustificata in equi-
litate. s. b. c. d. non semper i. e. aequat.
Omnis iusticia plus contradicit in uirtute
in magnitudine sapientie. quam in uirtute.

In uirtute prudentie. *De prudentia.*
Habet intellectus suum sicut pro modo
deliberationis. et uoluntas pro modo
electionis. et memoria pro modo con-
suetudinis. In absentia prudentie. est ab-
sentia finis uirtutum. b. c. d. f. g. h. pru-
dentia nunquam deficiat spei. et caritati.

De fortitudine.

Fortitudo illa potestas cum qua reco-
lencia. intelligentia. et uolencia creantur.
Impossibile est cogi fortitudinem anime.
Destructio fortitudinis est in libertate
uirtutum. b. c. d. f. g. h. m. *De temperantia.*

Temperantia sensualis producit
similitudo illius temperantie spiri-
tuali. pro quam. b. c. d. constituit. e. Nul-
la temperantia agit sine spe. caritate. ius-
ticia. prudentia. et fortitudine. In frequen-
tatione est appetitus temperantie. ut pro
seuerantia sit similitudo frequentationis.
uirtutis. recolencie. intelligentie. et uolencie.

De propositiombus uiciorum.

Uicia sunt uirtutum opposita. uel
contraria. Unde dicto de propositiombus
uiciorum contrarij. dicendum est de propositiombus
alijus contrarij. Ad quod dicendum est. quod
recolencia. intelligentia. et uolencia pro-
ducunt in uicia dissimilitudines suas.
que cum nichilo conueniunt. ut dicitur est.
Que uiciorum propositiombus ad hoc inducte
sunt in hac secunda parte uirtutum. ut tunc
operatio. scilicet recolencie. intelligentie.
et uolencie. pro eas significat. Unde pro
ordine de eis dicitur est. Et primo de gula.

Gula est habitus aggregatus. *De gula.*
In quo. b. c. d. mediante. e. simi-
litudines nichil representant. In gula
nichil est aliud. quam gula est in subiecto. Quia

gula. et nichil. conueniunt. Est gulo-
sitas peccati ualde secretum. *De luxuria.*

Luxuria a pulcritudine incipit
et tendit ad turpitudinem. Proxim-
quor est castitas anime. quam luxuria
corpori. In homine iusto excitat luxu-
ria castitatem et orationem. *De auaricia.*

Auaricia per contrarium significat.
In deo esse largitatem. In auar-
icia existunt principium. et medium
sine fine. Quia in deo est largitas. Nil-
lum peccatum proximius est nichilo quam a-
uaricia. *De accidia.*

Accidia maior est in nolle. quam
in uelle. Accidia est habitus va-
cuius. in quo bonum creatum existit
absque bono merito. Nullum peccatum est
genialius accidia. *De superbia.*

Appetitus superbie. est ascensus non
essendi. et descensus cendi. Quo-
to superbia maior est. tanto nimis distat
a nichilo. Superbia est ascensus sede
intercomis super prima. *De inuidia.*

Inuidia caritati repugnat in
communitate. Quia inuidia re-
pugnat spei bonitati. et largitati. de-
nudat se a similitudine esse dei existens
peccatum. Quia tota inuidia est dissimilitu-
do dei. est peccatum absque similitudine es-
sendi. *De ira.*

Quia ira repugnat esse. Est eius
magnitudo maior in nolle. quam
in uelle. Ira pugnat cum uelocitate. et
fortitudo. et prudentia cum delibata.
Ira est prouocatio pacem. ad caritatem.
spem. et iusticiam. In quibus uolentia suas
appetit similitudines. *De promissis figuris. x.*

Est figura. ex. 16. oppositis com-
posita. Uniusquodque quorum tres pro-

siciones continet in se ipso. Itaque sexdecies
tria. 44. equipollet. Tot enim ypones
in. x. continentur. Unde secundum ordinem de
primo primitus dicendum est. scilicet de
predestinatione. Et deinde de ceteris sicut
iacent. *De predestinatione.*

Predestinatio est altissimus gradus
intellectus ad cognoscendum deum.
Sola ratio. facit contrarietatem inter predesti-
nationem. et liberum arbitrium. Omnis
affinitas predestinationis facit sine affir-
matione iusticie producit scilicet negatiua
et negationem contra liberum arbitri-
um. et e contrario. *De esse.*

Quia deus est. appetit esse quicquid
est. et odit non esse. preter di-
uinum esse. omne esse se habet ad finem. et
eius essentia ad principium. Esse nature
est uniuersale subiectum principis uniu-
silibus a quibus particularia descendunt. *De perfectione.*

Magnitudo perfectionis existit im-
perfecte. in proficere. et in profecto.
Si intellectus foret perfectus uere esset
in eo proficere. sicut est in eo intelligere.
Omnis pars perfecta est per quam cognoscit
totum sim. *De merito.*

Est possibile est magnitudinem esse
contra magnitudinem meriti. Me-
ritum est creatura. et usus eius. ut sit mag-
num coram domino. Quia deus condonat
culpe. Et quia meritum est creatura. Est
meritum magnificabilis culpa. *De suppositione.*

Finis suppositionis est. ut sit fides
vel demonstratio. Suppositio est
principium et lumen demonstrationis.
Deficiente demonstratione necessaria est
suppositio. *De immediate.*

Nullum ens propter deum est immediate

tantum p se. Quia deus est bonificat.
est immediate amabilis. Immediate. et
mediate. specificant contradictionem.

Omnis ens maior est **De realitate.**
i realitate q̄ in ratione. Omnis
particularis realitas subest vniuersali rea-
litati. Quia s̄m naturam nulla est
particularis realitas sine vniuersali. Nul-
lum e esse sine essentia. **De potencia.**

Potencie anime sunt ut obiecta
producat sue eencie similitudines
et similitudines dei. Sicut potencia est
in naturalibus. ut producat esse. Ita est intell-
tus in anima. ut similitudines producat
ab eo. potencia melius producat suum si-
militudinem de se sua. q̄ de aliena. **De libero**

Quis ita possificat liba **arbitrio.**
potestate sicut diligit libe'a vo-
luntate. Quia in deo est libertas p̄me-
sitate. et intatem. p̄tatem. et. nulla
patitur indigena. potestas libertatis
non cogit suum simile. nec cogitur.

Omnis p̄uaco. **De p̄uacōne**
est aliquid inter esse. et non esse.
Nulla p̄uaco est aliquid in se. s̄ est a-
liquid in alio. Omnis p̄uaco postquam
fuit. semp est. et eit. **De imperfectōne.**

Omnis imperfectio est maior in co-
traitate q̄ in concordia. Actus
imperfectōnis e inclinare esse ad non
esse. principium nichil est imperfectio.

Nillum ens est cōt. **De culpa.**
deum sine culpa. Quia culpa
non est vniuersale in re. s̄ in ratione t̄m
est nichil in se. et in alio. Omne me-
ritum et culpa opponit in ratione tantum.

Quia actus. **De demonstracōne.**
diuinarum dignitatum se ha-
bet p̄ equipancia. Est demonstracō po-

tissima p equipancia. q̄ p̄t quid. Nul-
la demonstracō repugnat ueritati. p̄
demonstracōem influit intellectus lumen
suum in velle. et nolle. **De medietate.**

Actus medij est ipsum coniugē diu-
sos actus dissimilitudinibus ip̄orū.
Impossibile est intelligi finem suū me-
dio. Omne concordancia principij. et fi-
nis existit in medio. **De ratione.**

Ratio est lumen. ut realitas cog-
noscat. Si non est ratio. non e sup-
positio. Quia ratio. et realitas. diffinit
Aliud est id vniuersale. qd̄ est in ratione
et aliud est vniuersale qd̄ e in re nate.

Mediantibus nolle. et velle. **De obiecto.**
est omne obiectum assumptibile.
Et hoc. quia deus bonus est. non autem
malus. In nobilitate obiectorum pot
omnis anime potēcia nobilitate. vel
vilificacōe actus suos. Obiecta sunt appe-
titum. q̄a potēcia ab eis suas similitu-
dines attrahunt. **De p̄p̄is. theologie.**

Theologia. est sciā humanū int-
lectum. et uoluntatem sp̄rans
ad cognoscendum et diligendum deum
et dominū omnipotentem. Et quā ad h̄
creatus est omnis homo. tamq̄ ad suū
finē p̄cipulissimū. Ideo. 16. vniuersa-
lib' principijs theologie artificialit-
in hac arte reductis valde sufficiētis
ad discernendam in theologia ueritatem
tētandum est. i hoc p̄nti capto. de p̄p̄i-
bus. que utriq̄ ip̄orū principiorum sb̄-
iacet. ut ip̄a p̄ncipia manifestius de-
darent. Et quia ip̄a p̄ncipia sunt
16. Et vniq̄q̄ eorum tres p̄p̄ones cō-
tinet. Resultant s̄. ex eis p̄p̄osiciones
48. in vniuerso. Nunc s̄m ordinem de

primo primitus dicendum est. Et postea
de ceteris consequenter. **De essentia.**

Magna est omnis essentia. que magis
specificabilis est in se. Impossibile est
dei essentiam esse intellectuam. et
amatuam. nisi sit essentia tua. Ita
est essentia in esse essentialis. sicut
intelligibilis. et amabilis. **De vita.**

Ita increata similitudinem suam
pducit in vitam creatam. Omne
vivere est actus vite. Omne vivere
est de essentia vite. **De dignitate.**

Nulla dignitas est perfecta. que suum
dignum specificat. Omnis actus
dignitatis. est dignificare. Dignitas
est essentia dignum eendi. **De actu.**

Omnis actus. aut est primus. aut
secundus. Impossibile est secundum
actum esse absque similitudine primi. Quia
primus actus est. qui similitudinem suam
pducit in secundum actum. **De forma.**

Impossibile est summam formam esse
sine formificare. Quia non est
inconueniens in forma formificare
esse suum. Quia in dei essentia est forma
sine materia. Est omnis forma nobilior
quam distat a materia. **De relatione.**

A deo se habent relative. bonitas.
et bonificatio. magnitudo. et in
magnificare. atque bonitas. et magnifi
care. et eorum. Omnis relatio maior
est in similitudine specierum. quam in dissimili
tudine. Maior est relatio in equiva
lencia. quam in maiori. **De ordinatione.**

Quia ordinatio. et esse. opponitur
inordinatio. Et non est impossibile
est eternitatem esse absque ordinatione. Quia
in deo est ordinatio. Ordinationum est

a deo quicquid est. Nullum quod potest indi
genam ordinatum est. est perfectum.

Nullum ens actiorem. **De actione.**
habet in nihilum nisi deus. Illa
est summa actio. que est sine passione.
Nulla actio est sine fine. **De articulis.**

Quia articuli sunt in re. sunt ideo
in ratione. ut luceant similitudines
diuinarum dignitatum. In magnitudine
